291.

Papst Honorius III. nimmt die Markgräfin Jutta und ihren Sohn Heinrich in seinen Schutz.

Lateran (Rom), 1221 Juni 8.

Hdschr.: Reg. Honorii III. No. 11 fol. 139 No. 695. Vatikan. Archiv.

Nobili mulieri I[utte] marchionisse Misnensi. Et suscepte servitutis officium et pietas persuadet, ut orphanos et pupillos, quibus nos fatemur specialiter debitores, apostolice protectionis clippeo muniamus, quo a malignorum incursibus valeant esse tuti. Eapropter dilecta in Christo filia tuis iustis precibus inclinati tuam et dilecti filii Henrici nati tui personas cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, auctoritate presentium districtius inhibentes, ne aliqua ecclesiastica persona vos in personis aut rebus indebite molestare presumat. Nulli ergo etc. nostre protectionis et inhibitionis infringere, si quis autem etc. Datum Laterani VI. idus iunii, anno quinto.

292.

Bischof Bruno II. von Meißen bekundet, daß die Brüder Bernhard und Konrad von Kamenz, die sich bereits bei Gelegenheit des von dem inzwischen verstorbenen Markgrafen Dietrich zu Schkölen abgehaltenen Landdinges und zu Altenburg zur käuflichen Ueberlassung ihres Erbgutes zu Lastau (Loztowk) an das Kloster Buch bekannt haben und diese Erklärung auch vor ihm, dem Bischof, wiederholt haben. (Vergl. No. 204 u. 275).

Buch, 1221 Aug. 5.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 237. S., an grünen Leinenfäden, = Taf. I. 8 (Cod. dipl. Sax. II. 1).
Gedr.: Köhler, Cod. Lusat. sup. 2,55.
Anm.: Bucher Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 24.

— — Professi sunt etiam idem negotium coram dilecto compatre nostro pie memorie Theoderico marchione Misnensi in provintiali placito Zcolin et Aldenbvrk coram iudicibus domni imperatoris venerabili domno Engilhardo Nuenburgensi episcopo et Heinrico de Crimaschowe celebriter terminatum. Datum Bv̊ch anno incarnationis dominicę millesimo ducentesimo vicesimo primo, pontificatus nostri undecimo, nonas augusti, procurante ipsam ecclesiam et negotium supra dictum venerabili fratre Brvningo abbate una cum testibus subter annotatis. — —

(S.)